



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De his quæ pertinent ad substantiam & ad decorem sacramenti. B

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

ramenti ad futurum pertinētis mox efficiuntur  
coniuges: cur iurant in futuro se facturos, quod in  
præsenti efficiunt? Item, si ex quo iurant, mox effi-  
ciuntur coniuges: tunc rē hanc efficiunt, quando  
iurant se facturos. Ideo dico, quia cōiugium tunc  
non fuit, sed futurum promittitur. Si vero ille post  
uxorem duxit, & illa marito nupsit, coniugium v-  
trinque fuit, & non potest dissolui. Præcedens ergo  
mendacium vel periurium, pœnitentia est corri-  
gendum, sed coniugium sequens non est dissol-  
uendum. Non autem sic est, quando iuramentum  
coniugij præsentis consensus attestazione firma-  
tur: quia post talē consensum, si quis alij se copu-  
lauerit, etiam si prolem procreauerit, & irritum  
debet fieri, & ipse ad priorem copulam reuocari.

*Que videntur obuiare præmissis.* B

Præmissæ a. sententiæ videtur obuiare illud, q̄ le-  
ges tradunt. Si quis tactis diuinis scripturis iura-  
uerit mulieri se eam legitimā vxorē habiturum,  
vel etiam si in oratorio tale sacramētum dederit,  
fit illi legitima vxor: quamuis nulla dos, nulla alia  
scriptura interposita sit. Sed hic ostenditur, quid  
fieri vel esse debeat, non quid tunc fiat: Non n. per  
illud iuramentū tunc fit vxor, sed fieri debet: quia  
iuratum est. Potest & de illo iuramēto hoc dictum  
intelligi, vbi de præsentī consentiunt, ac se inuicē  
suscipiunt. Illi etiā sententiæ, qua dictum est, solum  
consensum facere coniugium, videtur obuiare, q̄  
Euarist. Pap. ait: Aliter legitimum nō fit coniugiū,  
nisi ab his, qui super fœminam dominationē ha-  
bere videntur, & à quib. custoditur. Vxor petatur,  
& à parentibus sponsetur, & legib. docetur, & à sa-  
cerdote (vt mos est) benedicatur, & à paranym-  
phis custodiatur, ac solēniter accipiatur. Itē, Ita le-  
gitima scitote esse cōnubia: aliter vero præsumta,  
nō coniugia, sed adulteria vel fornicationes sunt,  
nisi voluntas propria suffragata fuerit, & vota riuo.

*Constit. 74.  
Novellarū.  
tit. Quibus  
modis nati-  
rales.*

*Euaristus  
epist. i. ad Ho-  
piscopos A-  
fricanos.*

*Euaristus  
paulo info-*

Hhh 2 sue-

succurrerint legitima. Hoc a. non ita intelligendum est, tanquam sine enumeratis non possit esse legitimum coniugium: sed quia sine illis non habet decorē, & honestatem debitam. In huius enim sacramenti celebratione, sicut in aliis quædam sunt pertinentia ad substantiam sacramēti, ut consensus de præsentibus, qui solus sufficit ad contrahendum matrimonium: quædam vero pertinentia ad decorē & solemnitatem sacramenti, ut parentum traditio, sacerdotum benedictio, & huiusmodi sine quibus legitime fit coniugium, quantum ad virtutem, non quantum ad honestatē sacramēti. Sine his ergo non quasi legitimi coniuges, sed quasi adulteri vel fornicatores conveniunt, ut qui clanculo nubunt & utique fornicatores essent, nisi eis suffragaretur voluntas verbis expressa de præsentibus, quæ legitimum inter eos facit matrimonium. Nam & consensus occultus de præsentibus, ut verba expressus, coniugium facit, licet non sit honestus contractus: sed matrimonium non sancit consensus, qui in occulto fuit. Si n. alter alterum dimiserit, non cogitur iudicio Ecclesiæ redire, & commanere quasi cum coniuge: quia non potest probari testibus contractus qui in occulto est factus. Quod si ipsi qui in occulto sibi consenserunt, eundem consensum voluntarie in manifesto probentur, tunc utique propria voluntas suffragatur, & legitima vota succurrunt ad sancendum coniugium, quod prius occulte fuerat contractum. Voluntas ergo verbis expressa in occulto ad hoc suffragatur, ut fiat coniugium manifeste, ut expressa suffragatur, ut sanciat & roboret, ac liberum sit Ecclesiæ de hoc iudicare si expedierit.

*De qua re sit consensus ille: An de carnali copula, an de cohabitatione, an de alio.*

*Aug lib de  
sanctâ vir-*

Hic queritur. Cum consensus de præsentibus matrimonium faciat, cuius rei consensus sit ille: An

garna